



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum homo in statu innocentie potuerit primo peccare
venialiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

AD Primum arg. dicendum q̄ illud peccatum est grauius secundum se, quod per se & directe maius bonū, vel plura bona admittit, non autē si hoc fiat per accidentem, quia ab eo quod est per accidentem non debet sumi iudicium. Nunc sit ira, q̄ per peccatum primorum parentum non est maius bonum ademptum per se, sed per accidentem solum: per se autē non adimit peccatum nisi suū oppositum, & ea quā ex necessitate supponunt ipsū, sicut infidelitas adimit fidem primō & per se, omnia vero quae supponunt fidem, adimit quidem per se, sed non primō. Similiter peccatum primorum parentum sive fuerit peccatum superbie, sive gula, non adimit per se nisi suū oppositum, scilicet humilitatem vel temperantiam, vel ea quae ista ex necessitate supponunt, quod autem ademptum est à natura iustitia originalis, hoc adimit Deus à nobis ex demerito peccati, & est pœna inficta pro peccato, non autem peccatum ipsum ademit hoc formaliter, de qua ademptio one loquitur Augustinus.

7 Ad secundum dicendum quod pœna damni nō proportionatur quantitatī culpe, quia pro modica culpa potest quis reddere se ingratum alteri, & indignum bono collato vel conferendo. Sed proportionatur ei pœna sensus. Peccatum autē primorum parentum punitum est maxima pœna damni, in quantum per illud redditum se & tam posteritatem indignum dono originalis iustitiae, sed non est punitum maxima pœna sensus.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum homo in statu innocentie potuerit peccare venialiter.

Tho. i. q. 89. a. 3.

D E IN D E quæritur, vtrum homo in statu innocentie potuerit peccare venialiter. Et videtur quod sic, quia peccatum mortale magis opponit integratim primi statutū, quam peccatum veniale: sed tunc potuit peccare mortaliter, ergo multo fortius venialiter.

2 Item in Eua videtur fuisse aliquis motus infidelitatis in hoc quod de verbis domini dubitauit, vt patet per hoc quod dicit, ne forte moriamur, vt habetur Gen. 3. Sed motus infidelitatis est peccatum veniale, ergo &c.

3 IN Contrarium est, quia peccatum veniale est vel quædam ægritudinem animæ, quædammodum peccatum mortale est eius mors, sed tunc non fuit in corpore possibilias ad ægritudinem, nisi precedente possibilitate ad mortem, ergo similiter in anima nō fuit possibilitas ad peccatum venialiter, nisi precedente possibilitate ad peccandum mortaliter, ut autē se habet potentia ad potentiam, sic actus ad actum, igitur &c.

4 R E S P O N S O. Questio ista potest habere duplum intellectum. Vnum vtrum durante statu innocentie potuerit peccare venialiter. Et cōstat sub hōc sensu q̄ non, quia ille nō est innocens qui est reus pœniæ, præcipue quando est reus ex actu proprio, sed peccans venialiter reus est pœna, nō solū damni, sed etiam sensus & ex actu proprio, ergo non est innocens. Alio modo potest intelligi, vtrum primū peccatum hominis per quod caderet a statu innocentie, potuerit esse veniale, vel necessario fuerit mortale: & posset videri alius q̄ nō potuit esse veniale, quia veniale nō mutat statu hominis, nec iterū potest esse cū statu innocentie, vt statu vñsum est, ergo nullo modo peccati primi hominis potuit esse veniale. Sed istud non valet, quia licet veniale nō mutet statu gratia, quia simul stat cū gratia, mutat tamen statu innocentie, cū quo stare nō potest, imo videtur implicare contradictionem, q̄ in composibilibus vñnum non mutet alterum.

5 Et ideo dicendum est aliter, q̄ primum peccatum hominis nō potuit esse veniale. Quod patet, quia peccatum veniale cōtingit in nobis duplicitate. Vno modo propter imperfectionem actus, subiti morus in genere peccatorum mortalium, vel propter inordinationem existentem circa ea quae sunt ad finem: vtrumq; autem horum contingit propter quendam defectum ordinis ex eo quo inferius nō cōtinet firmiter sub suo superiori. Quod autem in nobis insurgat subitus motus sensualitatis ex hoc contingit, q̄ sensualitas nō est omnino subdita rationi, q̄ etiam insurgat subitus motus in ratione ipsa, sicut est motus infidelitatis, cōtingit ex hoc q̄ actus rationis non plenē subditur.

Sancto Porciano

tur deliberationi quae ex altiori principio est, puta ex legge Dei, vt cum aliquis subito apprehendit resurrectionem mortuorum vt impossibile, nō deliberas q̄ hoc est nobis traditū secundum legē Dei. Quod vero animus hūmanus inordinetur circa ea quae sunt ad finem seruando debito ordinis ad finem prouenit ex hoc q̄ ea quae sunt ad finem, non ordinantur infallibiliter sub fine. In statu autem innocentie fuit infallibilis firmitas ordinis, vt semper inferioris contineretur sub superiori, quandiu summum hominis contineretur sub Deo, vt etiā Aug. dicit, i. cap. 26. de Ciui. dei. Et ideo nulla inordinatio potuit esse in homine, nisi inciperet ab hoc q̄ summum hominis non subdatur deo, quod fit per peccatum mortale. Ex quo patet q̄ prius peccatum hominis nullo modo potuit esse veniale.

6 Ad primum argumentum dicendum, q̄ peccatum mortale plus opponit integratim primi status, q̄ veniale. Opponitur enim illi subiectio quae homo secundum suum summum habebat ad Deum, ex qua tota ordinatio hominis dependebat, & qua existente nulla inordinatio contingere poterat. Et ideo impossibile fuit inordinatio nisi peccati venialis contingere, nisi sublata subiectio ne praedicta per peccatum mortale.

7 Ad secundum dicendum quod dubitatio illa que fuit in muliere sive fuerit peccatum veniale, sive mortale, nō fuit primum eius peccatum, sed quedam elatio q̄ praecedit in eius mente, quae fuit peccatum mortale, vt patet sequente distinctione.

Sententia huius distinctionis. X X I I . in generali & speciali.

H IC videtur inuefigandum esse diligenter. Superius ostendit Magister tentationis principium extrinsecum. Hic determinat de principio intrinseco. Et dividitur in duas. Primo determinat genus primi peccati. Secundo inquirit eius radicem. Secunda ibi, Soler autem quæri. Prima in duas. Primo determinat intentum. Secundo opponit contra determinata, & solut. Secunda ibi, His autem opponi solet. Prima diuiditur in tres. Primo ostendit genus peccati primo opponendo in contrarium & determinando. Secundo ostendit quomodo diversimode fuit elatio in viro & muliere. Tertio ex hoc concludit vter eorum plus peccauit. Secunda ibi, Et talis elatio. Tertia ibi, Ex quo manifeste aduersa potest. Er ita diuiditur in duas. Primo ostendit vter prior peccauit, scilicet vir in mulier. Secundo opponit in contrarium & determinat. Secunda ibi, Sed huc videtur contrarium. Ultima pars in qua inquirit radicem peccati, diuiditur in duas secundum duas quaestiones quas mouet. Secunda ibi, Si vero quæratur. Haec est sententia lectionis in generali.

2 IN Speciali sic procedit, & proponit primo q̄ hec fuit radix & origo illius peccati primorum parentum q̄ scilicet in homini animo processit secundum quosdam elatio ex qua diabolus suggestione confesit hoc ordine, quia prius in muliere q̄ in viro, obiicit autem cōtra, quia tunc sequeretur q̄ homo nō alterius suggestione peccauit, sed per propriam superbiam cedicerit sicut angelus quod est contra superius dicit. Et respondet quod intelligendum est elationem præcessisse, non quidem tentationem sed opus peccati. Et ideo homo suggestione peccauit, fuit autem hic ordo & processus quod præcessit diabolus tentatio ex qua post sequuta est in mente elatio, quæ sequitur est peccatum in operis. Ultimo pœna peccati. Postea dicit q̄ talis elatio fuit in muliere quia creditit & voluit habere similitudinem cum equalitate quadam putans esse verum quod diabolus suadebat. Sed vir non fuit eodem modo seductus quia mulier quia nō putauit verum esse quod diabolus suggerebat. Aliqua tamen elatio post tentationem in mente viri fuit, quod per autoritates confirmat. Postea dicit concludendo quod mulier plus peccauit quam vir, quia verū esse quod dixerat diabolus crederat, cum nimia præsumptione. Adam vero illud nō crederat, & de pœnitentia & dei misericordia cogitauit, magis autem fuit deceptus vir q̄ mulier quantum ad hoc folum, quia putauit peccatum commissum esse veniale quod fuit mortale. Item in hoc minus peccauit vir quam